

benè prosperare : * benedictus qui venit in nómine Dómini.

Benediximus vobis de domo Dómini : * Deus Dóminus & illuxit nobis.

Constitúite diem solémnem in condénsis : * usque ad cornu altáris.

Deus meus es tu , & confitébor tibi : * Deus meus es tu , & exaltábo te.

Confitébor tibi quóniam exaudísti me , * & factus es mihi in salútem.

Confitémini Dómino quóniam bonus : * quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Psalmus 41.

Quemádmódum desiderat cervus ad fontes aquárum : * ita desiderat ánima mea ad te Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum , fortem vivum : * quando véniam & apparebo ante fáciem Dei ?

Fuérunt mihi lácrymæ meæ panes die ac nocte : * dum dicitur mihi quotidie : Ubi est Deus tuus ?

Hæc recordátus sum , & effúdi in me ánimam meam : * quóniam transibo in locum tabernáculi admirábilis usque ad Domum Dei.

In voce exultatiónis & confessiόνis : * sonus epulántis.

Quare triúcis es, ánima mea : * & quare contúrbas me ?

Spera in Deo , quóniam adhuc confitébor illi : * salutáre vultus mei , & Deus meus.

Ad meípsum ánima mea conturbáta est : * proptéreà memor ero tui de terra Jordánis , & Hermóniim à monte módico.

Abyssus abyssum ínvoCAT : * in voce cata-
ractárum tuárum.

Omnia excélsa tua , & fluctus tui : * su-
per me transiérunt.

In die mandávit Dóminus misericórdiam suam : * & nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vitæ meæ , * dicam Deo : Suscéptor meus es.

Quare oblítus es mei ? * & quare contri-
státus incédo , dum affligit me inimícus ?

Dum confringúntur ossa mea : * expro-
bravérunt mihi qui tríbulant me inimíci mei.

Dum dicunt mihi per singulos dies : Ubi est Deus tuus ? * quare tristis es , ánima mea ? & quare contúrbas me ?

Spera in Deo , quóniam adhuc confitébor illi : * salutáre vultus mei , & Deus meus.

Psalmus 131.

MEménto Dómine David , * & omnis man-
suetúdinis ejus.

Sicut jurávit Dómino , * votum vovit Deo Jacob.

Si introíero in tabernáculum domus meæ , *
si ascéndero in lectum strati mei.

Si

Si dédero fomnum óculis meis : * & pálpebris meis dormitatiónem.

Et réquiem tempóribus meis : donec invéniam locum Dómino , * tabernáculum Deo Jacob.

Ecce audívimus eam in Ephrata : * invénimus eam in campis silvæ.

Introíbimus in tabernáculum ejus : * adorábimus in loco ubi steterunt pedes ejus.

Surge Dómine in réquiem tuam : * tu & arca sanctificatiónis tuæ.

Sacerdótes tui induántur justítiam : * & sancti tui exúltent.

Propter David servum tuum , * non avértas fáciem Christi tui.

Jurávit Dóminus David veritátem , & non frustrábitur eam : * De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodierint filii tui testaméntum meum : * & testimónia mea hæc , quæ docébo eos.

Et filii eórum usque in sæculum , * sedébunt super sedem tuam.

Quóniam elégit Dóminus Sion : * elégit eam in habitatiónem sibi.

Hæc réquies mea in sæculum sæculi : * hic habitábo , quóniam elégi eam.

Víduam ejus benedícens benedícam : * páuperes ejus saturábo pánibus.

Sacerdótes ejus induam salutári : * & sancti ejus exultatióne exultábunt.

Illuc producám cornu David , * parávi lucérnam Christo meo.

Inimicos ejus induam confusióne : * super ipsum autem efflorébit sanctificátio mea.

Psalms 138.

Domine probásti me , & cognovísti me : * tu cognovísti sessiónem meam , & resurrectionem meam.

Intellexísti cogitationes meas de longe : * fémitam meam & funículum meum investigásti.

Et omnes vias meas prævidísti : * quia non est sermo in lingua mea.

Ecce Dómine tu cognovísti ómnia , novíssima , & antiqua : * tu formásti me , & posuísti super me manum tuam.

Mirábilis facta est sciéntia tua ex me : * confortáta est , & non pótero ad eam.

Quò ibo à spírítu tuo ? * & quò à fácie tuá fúgiam ?

Si ascéndero in cœlum , tu illic es : * si descéndero in inférnum , ades.

Si sumpsero pennas meas dilúculò , * & habitávero in extrémis maris.

Etenim illuc manus tua dedúcet me : * & tenébit me délixtera tua.

Et dixi : Forsitan ténebræ conculcábunt me : * & nox illuminátio mea in delíciis meis.

Quia ténebræ non obscurabúntur à te , &

nox sicut dies illuminabitur : * sicut tenebræ
ejus , ita & lumen ejus.

Quia tu possedisti renes meos : * suscepisti
me de útero matris meæ.

Confitebor tibi, quia terribíliter magnificá-
tus es : * mirabilia ópera tua , & ánima mea
cognóscit nimis.

Non est occultátum os meum à te , quod
fecisti in occulto : * & substántia mea in infe-
rióríbus terræ.

Imperféctum meum vidérunt óculi tui , &
in libro tuo omnes scribéntur : * dies forma-
búntur & nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificáti sunt amíci
tui Deus : * nimis confortátus est principátus
eórum.

Dinumerábo eos , & super arénam multi-
plicabúntur : * exurrexi , & adhuc sum tecum.

Si occíderis Deus peccatóres : * viri fán-
guinum , declináte à me.

Quia dicitis in cogitatióne : * accipient in
vanitáte civitátes tuas.

Nonne qui odérunt te, Dómine, óderam : *
& super inimicos tuos tabescébam ?

Perféccto ódio óderam illos : * & inimíci
facti sunt mihi.

Proba me Deus , & scito cor meum : * in-
térroga me , & cognósce sémitas meas.

Et vide si via iniquitátis in me est : * &
deduc me in via ætérna.

Psalmus 140.

Domine, clamávi ad te, exáudi me: * intén-
de voci meæ cùm clamávero ad te.

Dirigátur orátio mea sicut incénsium in
conspéctu tuo: * elevátio mánuum meárum
sacrificium vespertinum.

Pone Dómine custódiam ori meo: * &
óstium circumstántiæ lábiis meis.

Non declínes cor meum in verba malítix: *
ad excusándas excusatiónes in peccátis.

Cum homínibus operántibus iniquitátem: *
& non communicábo cum eléctis eórum.

Corrípiet me justus in misericórdia, & in-
crepábit me: * óleum autem peccatóris non
impínguet caput meum.

Quóniam adhuc & orátio mea in beneplá-
citis eórum: * absórpti sunt juncti petræ júdi-
ces eórum.

Audient verba mea, quóniam potuérunt: *
sicut crassitúdo terræ erúpta est super terram.

Dissipáta sunt ossa nostra secus inférnum: *
quia ad te Dómine óculi mei: in te sperávi,
non áuferas ánimam meam.

Custódi me à láqueo, quem statuérunt mi-
hi: * & à scándalis operántium iniquitátem.

Cadent in retiáculo ejus peccatóres: *
singuláriter sum ego donec tránseam.

Psalmus 141.

Voce mea ad Dóminum clamávi : * voce
mea ad Dóminum deprecátus sum.

Effúndo in conspéctu ejus oratióem
meam , * & tribulatióem meam ante ipsum
pronúntio.

In deficiéndo ex me spíritum meum , * &
tu cognovísti sémitas meas.

In via hac , quâ ambulábam , * abscondé-
runt láqueum mihi.

Considerábam ad dexteram , & vidébam : *
& non erat qui cognósceret me.

Périit fuga à me , * & non est qui requí-
rat ánimam meam.







Clamávi ad te , Dómine , dixi : Tu es spes
mea , * pórtio mea in terra vivéntium.

Inténde ad deprecationem meam : * quia
humiliátus sum nimis.


Líbera me à persecuéntibus me : * quia
confortáti sunt super me.

Educ de custódia ánimam meam ad confi-
téndum nómini tuo : * me expéctant justí , do-
nec retríbuas mihi.


Réquiem ætérrnam dona eis Dómine , * &
lux perpétua lúceat eis.

ANTI-
PHONA.*Mox seq.*ANTI-
PHONA.


Dó-




Dó- mi- ne , qui pro no- stra mi-




fé- ri- a ab im- pi-




ó- rum má- ni- bus mor- tis sup- plí-



ci- um per- tu- lí- sti , lí- bera



á- ni- mam e- jus de in- fér- ni









vo- rá- ni ma- gi- ne , & de mi- ní-




stris tar- tá- re- is


mi-




púl-



púl- - ve- ri trá-




di- tur ad æ- ter- ni- tá- tem




*Hic ab omnibus genu-
flexis & veniam peten-
tibus ter dicitur.*

per- dú- cant.



Dó- mi- ne mi- se- ré- re super pec-



ca- tó- re. (su- per pec- ca- trí- ce.)

*Orationes, quas Superior recitat, dum Con-
ventus Psalm. In éxitu Israel, &c. dicit.*

Pro recordationis afféctu, fratres charíssimi,
commemorationem fácimus chari nostri,
(*charæ nostræ*), quem, (*quam*) Dóminus de
tentationibus hujus sæculi assúmpsit, obsecrán-
tes misericórdiam Dei nostri, ut ipse tribuere
ei

ei dignetur placidam, & quietam mansiōnem, & remittat omnes lūbricæ temeritatis offēnsas, ut concessâ veniâ plenæ indulgētiæ, quidquid in hoc sæculo próprio reātu deliquit, totum ineffabili pietate, ac benignitate sua deleat, & abstergat. Quod ipse præstare dignetur. Qui vivit, & regnat per immortalia sæcula sæculorum. R̄. Amen.

Obscrāmus misericórdiam tuam, Omnípotens Deus, qui hóminem ad imáginem tuam creáre dignátus es, ut ánimam, & spíritum fámuli tui, (*famule tue*) quem (*quam*) hodierna die rebus humanis éximi, & ad te accersiri iussisti, blandè, & misericórditer suscipias: non ei dominentur umbræ mortis, nec tegat eum (*eam*) chaos, & caligo tenebrarum, sed exútus (*exuta*) ómnium criminum labe, in sinu Abrahæ Patriárchæ collocátus, (*collocata*) locum lucis, & refrigerii se adéptum, (*adéptam*) esse gáudeat: ut cùm dies iudicii advenerit, cum Sanctis & Eléctis tuis eum, (*eam*) resuscitári júbeas. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit, & regnat Deus per immortalia sæcula sæculorum. R̄. Amen.

Deus, apud quem mortuórum spíritus vivunt, & in quo electórum ánimæ, depósito carnis ónere, plena felicitate lætántur: præsta

præsta supplicántibus nobis , ut ánima fámuli tui ; (*famule tue* ,) quæ temporáli per corpus hujus lúminis cáruit visu , æternæ illíus lucis solátio potiátur : non eam torméntum mortis attíngat , non dolor horréndæ visiónis afficiat , non pænális timor excruciet , non reórum próxima caténa constringat : sed concéssâ sibi véniâ delictórum ómnium , optátæ quiétis consequá-tur gáudia repromíssa. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Benedictio Sepulchri.

DEus, qui fundásti terram, & creásti coelos: qui ómnibus nómina fidéribus indidísti , qui captum láqueo mortis hóminem alluvióne reparásti , qui sepultos Abraham , Isaac , & Jacob in spelúnca dúplici , libro vitæ , & totíus Ecclésiæ príncipes annotásti benedicéndo: quæsumus , bene ✠ dicere dignéris hunc túmulum fámuli tui; (*famule tue*;) ut eum (*eam*) híc requiescere fácias , & in sinu Abrahæ collocáre dignéris , qui Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum victis láqueis inferórum resúrgerere fecísti , & suórum in se credéntium membra jussisti resuscitáre. Réspice, quæsumus Dómine, super hanc fábricam sepultúræ , descéndat híc Spíritus tuus sanctus : ut, te jubénte, sit ei in hoc loco quiéta dormítio , & in témpore judícii cum Sanctis ómnibus vera resurréctio, te præstánte. Qui vivis & regnas Deus. Per ómnia sæcula sæculórum. R. Amen.

Si tumulus nondum paratus est, cum ad Orationem Temeritatis venerit, dicat de sequentibus Orationibus, hanc reservatâ. Et tumulo preparato, antequam inchoet ipsam Orationem, aspergat corpus, postea sepulchrum, deinde incenset corpus & sepulchrum.

Mox depositum in sepulchro iterum à Superiore aspergatur, & incensetur, postea terræ pugillum super illud projiciat Abbas in modum crucis, & dum sequentia recitat Superior, sepeliatur, & humo operiatur.

TEmeritatis quidem est, Dómine, ut homo hóminem, mortális mortálem, cinis cínerem, tibi Dómino Deo nostro áudeat commendáre: sed quia terra súscipit terram, & pulvis convértitur in púlverem, donec omnis caro in suam redigátur originem, tuam, piíssime Pater, lacrymabíliter quæsumus pietátem, ut hujus fámuli tui (*famulae tuae*) ánimam, quam de mundi hujus voráagine cœnuléntâ ducis ad pátriam, Abrahæ amíci tui sinu recípias, & refrigeríi rore perfúndas; sit ab æstuántis gehénnæ truci incéndio segregáta, beátæ requíei te donánte conjúncta: & quæ illi sunt, Dómine, dignæ cruciátibus culpæ, tu eas grátia mitíssima lenitáte indúlge, nec peccáti recípiat vicem, sed indulgéntiæ tuæ piam séntiat bonitátem: cùmque finíto mundi término supérnum cunctis illúxerit regnum, novus (*nova*) homo Sanctórum

rum ómnium cætibus aggregátus, (*aggregata*) cum Eléctis tuis resúrgat in parte dèxtera coronándus. (*coronanda.*) Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

O Rémus, fratres charíssimi, pro spírítu chari nostri, (*charæ nostræ,*) quem (*quam*) Dóminus de láqueo hujus sæculi liberáre dignátus es: cujus corpúsculum hódie sepultúráe tráditur, ut eum (*eam*) píetas Dómini in sinu Abrahæ, Isaac, & Jacob collocáre dignétur; ut cùm dies judícii advénerit, inter Sanctos, & Eléctos suos eum, (*eam,*) in parte dèxtera collocándum, (*collocandam,*) resuscitári fáciat. Præstánte Dómino nostro Jesu Christo: Qui vivit, & regnat, per ómnia sæcula sæculórum. R. Amen.

DEus, qui humanárum animárum ætérnus amátor es, ánimam fámuli tui, (*famulae tue,*) quam vera, dum in córpore mansit, tenuit fides, ab omni cruciátu inferórum redde extórrem: ut segregáta ab infernálisibus claustris, Sanctórum mereátur adunári consórtiis. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

DEbitum húmáni córporis sepeliéndi officium fidélium more complétes, Deum, cui ómnia vivunt, fidéliter deprecémur: ut hoc corpus chari nostri, (*charæ nostræ,*) à nobis in

infirmítate sepúltum , in órdine Sanctórum suórum resúscitet ; & ejus spíritum Sanctis , ac fídelibus aggregári júbeat ; cum quibus inenarrábili glória , & perénni felicitáte pérfrui mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. R̄. Amen.

Suscipe, Dómine, ánimam fámuli tui, (*famula tuæ*,) reverténtem ad te : veste coelésti índue eam , & lava eam sancto fonte vitæ ætérnæ , ut inter sapiéntes fápiat : & inter Mártyres coronáta confédeat : & inter Patriarchas, & Prophétas proficiat : & inter Apóstolos Christum sequi stúdeat: & inter Angelos, & Archángelos claritátem Dei semper vídeat : & inter Paradísi rútilos lápides gáudium possideat : & notítiam mysteriórum agnóscat : & inter Chérubim , & Séraphim claritátem Dei invéniat : & inter vigínti quátuor senióres Cántica Canticórum áudiat : & inter lavántes stolas suas in fonte lúminis vestem lavet : & inter pulsántes , portas apértas cæléstis Jerúsalem repériat : & inter vidéntes Deum fácie ad fáciem vídeat : & inter canéntes Cánticum novum cantet : & inter audiéntes coeléstem sonum áudiat. Per Christum Dóminum nostrum. R̄. Amen.

Suscipe , Dómine , servum tuum (*ancillam tuam*) in bonum habitáculum ætérnum , & da ei réquiem, & regnum , idest , Jerúsalem coeléstem : & in sinibus Patriarchárum tuórum ,
Abrahæ ,

Abrahæ , Isaac , & Jacob , eum (*eam*) collocáre dignéris : & partem hábeat in prima resurrectione : & inter surgéntes surgat : & inter suscipiéntes córpora in die resurrectionis corpus suscipiat : & cum benedíctis ad dexteram Dei Patris veniéntibus véniat : & inter possidéntes vitam ætérnam possideat. Per Christum Dóminum nostrum. R̄. Amen.

TE, Dómine sancte , Pater omnipotens , ætérne Deus , súpplices deprecámur pro spírítu fámuli tui , (*famulæ tuæ* ,) quem à voragínibus hujus sæculi ad te accersiri præcepísti , ut dignéris dare ei locum refrigerii , & quiétis. Líceat ei transire portas inferórum , & pænas tenebrárum : maneátque in mansiónibus Sanctórum , & in luce sancta , quam olim Abrahæ promifisti , & sémini ejus. Nullam læsionem sustíneat spírítus ejus ; sed cùm magnus dies ille resurrectionis advénerit , suscitáre eum (*eam*) dignéris Dómine unà cum Sanctis , & Eléctis tuis. Déleas ejus delícta , atque peccáta usque ad novíssimum quadrántem , cum quo immortalitátis vitam consequátur , & regnum. Per Christum Dóminum nostrum. R̄. Amen.

Quibus Orationibus à Superiore finitis , si nondum Psalmi prædicti recitati fuerint , adjuvet Superior Conventum.

Finita Antiph. Clementissime , &c. immediatè dicat Superior. Pater noster.

ŷ. Et

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatióem ?

℞. Sed libera nos à malo.

Ÿ. A porta inferi ?

℞. Erue Dómine ánimam ejus.

Ÿ. Ne tradas Dómine béstiis ánimam confitén-
tem tibi ?

℞. Et ánimam páuperis tui ne obliviscáris in
finem.

Ÿ. Dómine , exáudi oratióem meam ?

℞. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum ? ℞. Et cum spíritu tuo.

Oremus.

Absólve , quæsumus Dómine , ánimam fá-
muli tui *N.* (*famulæ tuæ N.*) ab omni
vínculo delictórum : * ut in resurrectiós gló-
ria inter Sanctos & Eléctos tuos resuscitátus
(*resuscitata*) respíret.

DEus, cujus miseratione ánimæ fidélium re-
quiescunt , animábus famulórum , famu-
larúmque tuárum , omniúmque fidélium híc &
ubíque in Christo quiescéntium , da propítius
véniám peccatórum : * ut à cunctis reátibus ab-
solúti tecum sine fine læténtur. Per eundem
Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

Ÿ. Dóminus vobíscum ? ℞. Et cum spíritu tuo.

Ÿ. Réquiem ætérrnam dona eis, Dómine?

℞. Et lux perpétua lúceat eis.

Ÿ. Requiescant in pace ? ℞. Amen.

Mox redeunt ad Ecclesiam recitando septem Psalmos penitenciales, quos Chorus ante Altare majus prostratus absolvit.

Psalm. 6. Dómine, ne in furóre tuo. pag. 169.

Psalmus 31.

BEÁTI, quorum remissæ sunt iniquitates: *
& quorum tecta sunt peccata.

Beátus vir, cui non imputávit Dóminus peccátum, * nec est in spíritu ejus dolus.

Quóniam táci, inveteravérunt ossa mea: * dum clamárem tota die.

Quóniam die ac nocte graváta est super me manus tua: * convérsus sum in ærúmna mea, dum configitur spina.

Delictum meum cógnitum tibi feci: * & injustítiam meam non abscondi.

Dixi: Confitébor advérsus me injustítiam meam Dómino: * & tu remisisti impietátem peccáti mei.

Pro hac orábit ad te omnis sanctus, * in témpore oportúno.

Verúmtamen in dilúvio aquárum multárum * ad eum non approximábunt.

Tu es refúgium meum à tribulatióne, quæ circumdedit me: * exultátió mea érue me à circumdántibus me.

Intelléctum tibi dabo, & ínstruam te in via hac, quâ gradiéris: * firmábo super te óculos meos.

Nolíte fieri sicut equus & mulus, * quibus non est intelléctus.

In chamo, & fræno maxillas eórum constringe, * qui non appróximant ad te.

Multa flagélla peccatóris, * sperántem autem in Dómino misericórdia circúmdabit.

Lætámini in Dómino, & exultáte justí, * & gloriámini omnes recti corde.

Psalmus 37.

Domine ne in furóre tuo árguas me: * neque in ira tua corrípias me.

Quóniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: * & confirmásti super me manum tuam.

Non est fánitas in carne mea à fácie iræ tuæ: * non est pax óssibus meis à fácie peccatórum meórum.

Quóniam iniquitátes meæ supergréssæ sunt caput meum: * & sicut onus grave gravátæ sunt super me.

Putruérunt, & corrúptæ sunt cicatríces meæ, * à fácie insipientiæ meæ.

Miser factus sum, & curvátus sum usque in finem: * tota die contristátus ingrediébar.

Quóniam lumbi mei impléti sunt illusió-nibus: * & non est fánitas in carne mea.

Afflíctus sum, & humiliátus sum nimis: * rugiébam à gémitu cordis mei.

Dómine, ante te omne desidérium meum: * & gémitus meus à te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est, dereliquit me
virtus mea, * & lumen oculorum meorum, &
ipsum non est mecum.

Amici mei, & proximi mei * adversum me
appropinquaverunt, & steterunt.

Et qui juxta me erant, de longe steterunt:
* & vim faciebant qui querebant animam
meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt
vanitates: * & dolos tota die meditabantur.

Ego autem tamquam surdus non audiebam:
* & sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens: *
& non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te Domine speravi: * tu exaudies
me Domine Deus meus.

Quia dixi: Nequando supergaudeant mihi
inimici mei: * & dum commoventur pedes mei,
super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum: *
& dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: *
& cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt, & confirmati
sunt super me: * & multiplicati sunt qui ode-
runt me inique.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahe-
bant mihi: * quoniam sequabar bonitatem.

Ne derelinquas me Domine Deus meus: *
ne discesseris a me.

Inténde in adiutorium meum, * Dómine
Deus salutis meæ.

Psalms 50.

Miserere mei Deus, * secúndum magnam
misericórdiam tuam.

Et secúndum multitudinem miseratiónum
tuárum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea: * &
à peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognós-
co: * & peccátum meum contra me est
semper.

Tibi soli peccávi, & malum coram te fe-
ci: * ut justificéris in sermónibus tuis, & vin-
cas cùm judicáris.

Ecce enim in iniquitatibus concéptus sum: *
& in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: * incérta,
& occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, & mundábor: *
lavábis me & super nivem dealbábor.

Auditui meo dabis gáudium, & lætítiam: *
& exultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam à peccátis meis: * &
omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: * & spíri-
tum rectum innova in viscéribus meis.

Ne projicias me à fácie tua: * & spíritum
sanctum tuum ne áuferas à me.

Redde

Redde mihi lætítiam salutáris tui : * & spírítu principáli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas : * & impii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus Deus , Deus salutis meæ : * & exultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine lábia mea apéries : * & os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísset sacrificium , dedíssem útique : * holocáustis non delectáberis.

Sacrificium Deo spírítus contribulátus : * cor contrítum & humiliátum Deus non despícies.

Benígnè fac Dómine in bona voluntáte tua Sion : * ut ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium justítiæ , oblatiónes , & holocáusta : * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Psalmus 101.

Domine exáudi oratióem meam : * & clamor meus ad te véniat.

Non avértas fáciem tuam à me : * in quacúmque die tríbulor , inclína ad me aurem tuam.

In quacúmque die invocávero te , * velóciter exáudi me.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei : * & ossa mea sicut crémium aruérunt.

Percússus sum ut fœnum , & áruit cor meum : *

meum : * quia oblitus sum comedere panem meum.

A' voce gemitus mei * adhæsit os meum carni meæ.

Similis factus sum pellicano solitudinis : * factus sum sicut nycticorax in domicilio.

Vigilavi, * & factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei : * & qui laudabant me , adversum me jurabant.

Quia cinerem tamquam panem manducabam , * & potum meum cum fletu miscabam.

A' facie iræ & indignationis tuæ : * quia elevans allifisti me.

Dies mei sicut umbra declinaverunt : * & ego sicut fenum arui.

Tu autem Domine in æternum permanes : * & memoriale tuum in generationem & generationem.

Tu exurgens miseraberis Sion : * quia tempus miserendi ejus , quia venit tempus.

Quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus : * & terræ ejus miserebuntur.

Et timebunt Gentes nomen tuum Domine , * & omnes reges terræ gloriam tuam.

Quia ædificavit Dominus Sion : * & videbitur in gloria sua.

Respexit in orationem humilium : * & non sprexit precem eorum.

Scribántur hæc in generatióne áltera : *
& pópulus , qui creábitur , laudábit Dóminum.

Quia prospéxit de excélsó sancto suo : *
Dóminus de cœlo in terram aspéxit.

Ut audíret gémitus compeditórum : * ut
sólveret filios interemptórum.

Ut annúntient in Sion nomen Dómini : *
& laudem ejus in Jerúsalem.

In conveniéndó pópulos in unum , * &
reges ut sérviant Dómino.

Respóndit ei in via virtútis suæ : * Pauci-
tátem diérum meórum núntia mihi.

Ne révoces me in dimídio diérum meó-
rum : * in generatiónem & generatiónem an-
ni tui.

Inítio tu Dómine terram fundásti : * &
ópera mánuum tuárum sunt cœli.

Ipsi períbunt , tu autem pérmanes : * &
omnes sicut vestiméntum veteráscent.

Et sicut opertórium mutábis eos , & mu-
tabúntur : * tu autem idem ipse es , & anni tui
non deficient.

Fílii servórum tuórum habitábunt : * &
semen eórum in sæculum dirigétur.

Psalms 129.

DE profúndis clamávi ad te Dómine : * Dó-
mine exáudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes , * in vocem
deprecatiónis meæ.

Si

Si iniquitates observáveris Dómine: * Dómine quis sustinébit?

Quia apud te propitiatio est: * & propter legem tuam sustínui te Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus: * sperávit ánima mea in Dómino.

A' custódia matutína usque ad noctem, * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia: * & copiósa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel * ex ómnibus iniquitatibus ejus.

Psalms 142.

Domine exáudi oratióem meam: áuribus pécipue obsecratióem meam in veritate tua: * exáudi me in tua justítia.

Et non intres in iudícium cum seruo tuo: * quia non justificábitur in conspéctu tuo omnis vivens.

Quia persecútus est inimicus ánimam meam: * humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obsúris sicut mórtuos sæculi: * & ansiátus est super me spíritus meus, in me turbátum est cor meum.

Memor fui diérum antiquórum, meditátus sum in ómnibus opéribus tuis: * in factis mánuum tuárum meditábar.

Expánde manus meas ad te: * ánima mea sicut terra sine aqua tibi.

Veló-

Velóçiter exáudi me Dómine : * defécit spíritus meus.

Non avértas fáciem tuam à me : * & similis ero descendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi manè misericórdiam tuam : * quia in te sperávi.

Notam fac mihi viam , in qua ámbulem : * quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis Dómine , ad te confúgi : * doce me fácere voluntátem tuam , quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam : * propter nomen tuum Dómine vivificábis me in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam : * & in misericórdia tua dispérdes inimícos meos.

Et perdes omnes , qui tribulant ánimam meam : * quóniam ego servus tuus sum.

Réquiem ætérnam dona eis Dómine : * & lux perpétua lúceat eis.

Tum Superior jam paramentis exutus (Abbas si adsit) genuflexus dicit. Pater noster.

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem?

℞. Sed libera nos à malo.

Ÿ. Non intres in iudício cum servo tuo (*ancilla tua*) Dómine?

℞. Quia non justificábitur in conspéctu tuo omnis vivens.

Ÿ. A porta ínferi?

℞. Erue Dómine ánimam ejus.

Ÿ. Dó-

ŷ. Dómine exáudi oratióne[m] meam?

℞. Et clamor meus ad te véniat.

ŷ. Dóminus vobíscum?

℞. Et cum spírítu tuo.

Oremus.

Satisfáciat tibi, quæsumus Dómine Deus noster, pro ánima fratris nostri (*sororis nostre*) Beatíssimæ Dei Genitrícis Mariæ, & sanctíssimi Confessóris tui Benedícti, ac Beatíssimi Bernárdi, omniúmque sanctórum tuórum orátio, & præsentis famíliæ húmilis supplicátio, & peccatórum ómnium véniam, quam precámur, obtíneat: nec eum (*eam*) patiáris cruciári gehennálibus flammis, quem (*quam*) Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi pretioso sánguine redemísti. Qui tecum, & cum Spírítu sancto vivit, & regnat Deus: Per ómnia sæcula sæculórum. ℞. Amen.

ŷ. Dóminus vobíscum?

℞. Et cum spírítu tuo.

ŷ. Réquiem ætérnam dona ei Dómine?

℞. Et lux perpétua lúceat ei.

ŷ. Requiéscant in pace. ℞. Amen.

Tandem surgunt, & discedunt.

O R D O

S E P E L I E N D I

familiares.

A Dveniente Conventu ad locum, ubi fuerit corpus defuncti, vel defunctæ, paratis Crucifero cum Ceroferariis, & Infirmario, aut alio Sacerdote, Stola, & Pluviali nigri coloris supra cucullam induto, circa ipsum stante, ferente Aquam benedictam, Cantor incipiat, & Conventus, tenens cereos accensos, prosequatur R. Subvenite, &c. pag. 216. quo finito, & Kyrie eleison, dicat Infirmarius aspergendo corpus defunctum Aquâ benedictâ: Pater noster.

ψ. Et ne nos inducas in tentationem.

ψ. A porta inferi.

ψ. Dómine, exáudi orationem meam.

ψ. Dóminus vobiscum.

Orémus.

Tibi Dómine commendamus ánimam famuli tui, (famulæ tuæ,) ut defunctus (defuncta) sæculo tibi vivat: * & quæ per fragilitatem mundanæ conversationis peccata commisit, tu veniâ misericordissimæ pietatis abstérge. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Deinde progreditur ad Ecclesiam hoc ordine: Aqua benedicta, Crucifer cum Ceroferariis, Juniores, Seniores, Infirmarius, Familiares ferentes feretrum. In via usque ad sepulturam recitat Conventus Laudes defunctorum, quas interruptit ante Altare majus, ubi deposito feretro, cantatur R. Meménto mei Deus, &c. p. 230. & post Kyrie eléison, facit Infirmarius ut supra, dicitque Orationem sequentem.

Orémus ?.

Absólve, quæsumus Dómine, ánimam famuli tui (*famule tue*) ab omni vínculo delictórum: * ut in resurrectionis glória inter Sanctos, & Eléctos tuos resuscitátus (*resuscitata*) respíret. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.


Continuantes insuper Laudes defuncti. progreditur ad Cemiterium, ubi cantor inchoat Antiph. Ego sum. & succentor cantic. Benedictus Dóminus Deus Israël, pag. 189. primo tono.

ANTI-PHONA.


E  Go sum re-fur-ré-

 ti-o & vi-ta, qui cre-dit in

me




me, é- ti- am- si mór-tu- us fú- e-



rit, vi- vet, & om- nis qui vi- vit,



& cre- dit in me, non mo-ri- é- tur



in æ- tér-num. e. u. o. u. a. e.

Finita Aña, intonet Infirmarius Pater noster. aspergendo defunctum, & fossam: iterumque cantet Et ne nos inducas in tentationem? & Conventus, inchoante Infirmario, Psalm. De profundis, &c. pag. 263. quo finito, prosequitur Infirmarius

Y. A' porta inferi?

R. Erue Dómine ánimam ejus.

Y. Dómine exáudi orationem meam?

R. Et clamor meus ad te véniat.

Y. Dóminus vobiscum?

R. Et cum spíritu tuo.

Oremus.

INclína Dómine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súplices deprecámur: * ut ánimam fámuli tui, quam de hoc sæculo migráre iussisti, in pacis, ac lucis regione constituas, & Sanctórum tuórum júbeas esse consórtem. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

PRO DEFUNCTA

Oremus.

QUæsumus Dómine, pro tua pietáte miserere ánimæ fámulæ tuæ: * & à contágiis mortalitátis exútam, in æternæ salvatiónis partem restítue. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Addit etiam.

Oremus.

DEus, cujus miseratióne ánimæ fidélium requiéscunt, animábus famulórum, famularúmque tuárum, omniúmque fidélium híc, & ubique in Christo quiescéntium da propítius véniam peccatórum: * ut à cunéctis reátibus absolúti, tecum sine fine læténtur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitáte Spíritus sancti Deus: * per ómnia sæcula sæculórum. R. Amen.

ŷ. Dó-

Ÿ. Dóminus vobíscum ?

R. Et cum spírítu tuo.

Ÿ. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine?

R. Et lux perpétua lúceat eis.

Duo Cantores. Ÿ. Requiéscant in pace ?


Conventus. R. Amen.

O R D O

A B S O L U T I O N I S.

IN Exequiis pro Summo Pontifice, Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis, Prælatiſ superioribus: & pro Regibus, seu Magnis Principibus.

Parentur quatuor Dignitates Stolis, & Pluvialibus nigri coloris: parentur etiam septem Acolythi, unus ad Crucem deportandam usque ad altare, alter ad aquam benedictam; quinque reliqui ad tenendum cereos juxta quemlibet Dignitatum, & juxta Celebrantem, dum sedent. Cùm perventum fuerit ad locum, tradet Subdiacono Crucem, & omnes per ordinem se collocant juxta sedilia, ut ostenditur in sequenti tabella.






ALTARE**CELEBRANS***Acolyt. cum cereo.***Diaconus.****1. Dignitas.****3. Dignitas.***Acolyt. cum cereo.**Acolyt. cum cereo.***4. Dignitas.****2. Dignitas.***Acolyt. cum cereo.**Acolyt. cum cereo.***Subdiaconus****cum Cruce.****Ceroferrarii.**

Ceremoniarius cum duobus Acolytis, tenente uno vas aquæ benedictæ, alio thuribulum, ministrat cum Diacono unicuique Dignitatum per ordinem præferentiæ. Celebrans, Diaconus, & Dignitates habeant juxta se sedilia, & sedeant dum cantantur Responsoria; ad orationes verò, & thurificationes stant, cereos tunc manibus tenentes, quos Acolytis tradent, dum sedent. Juxta finem cujusque Responsorii accedit Ceremoniarius ad Diaconum, quem invitat ad ministrandum Dignitatibus per ordinem, & finita unaquaque functione, redit ad locum suum. Collocato ergo unoquoque, ut ostenditur in præcedenti tabella, incipiat Celebrans sequentem Orationem absolutè sine Orémus.

Non intres in judicium cum servo tuo, Dómine, quia nullus apud te justificábitur homo: * nisi per te ómnium peccatórum ei tribuátur remíssio; non ergo, eum, quæsumus, tua judiciális senténtia premat, quem tibi vera supplicátio fidei christiánæ comméndat, * sed gratiâ tuâ illi succurrénte mereátur evádere judicium ultiónis, qui, dum viveret, insignítus est signáculo Sanctæ Trinitátis. Qui vivis, & regnas, Deus, in sæcula sæculórum. R. Amen.


Finita Oratione, Celebrans, Diaconus, & Dignitates sedent tradentes Acolytis cereos. Postea incipiant Cantores sequens Responsorium.

R E S P O N S O R I U M.







fi-mi. ŷ. Suf-cí-pi-at e-am




Christus, qui vo-cá-




vit, & in fi-num A-bra-hæ An-




ge-li de- - dú- cant.



* Offe-réntes. ŷ. Ré- qui-em




æ-tér-nam do-na e-is Dó-




mi-ne, & lux per-pé-tu-a

Mm

lúceat



lú- - ce- at e-



is. * Offe- rén-tes, &c. Kyrie eléison, &c.

Incepto y. Réquiem ætérnam, &c. Ceremoniarius cum Diacono, Thuriferario, & Acolyto cum byssopo accedunt ad primam Dignitatem, quæ, ministrante Diacono, incensum ponit in thuribulum sine benedictione dicens: Ab illo benedicáris, in cujus honóre cremáberis. Cùm Cantor dicet primum, Kyrie eléison, surgent omnes, detectis capitibus, & finito ultimo Kyrie eléison. prædicta prima Dignitas canendo dicet, Pater noster. quod secretè complebit: & interim accepto aspersorio de manu Diaconi, asperget lecticam, seu tumulum, circumcirca ambulans, incipiens à sua parte dextera, tertio aspergens quamlibet lecticæ partem lateralem; Diacono à dextris comitante, & fimbrias Pluvialis sublevante. Dum transibunt ante Crucem profundè se inclinabunt; & ante Celebrantem & reliquas Dignitates mutuò se inclinabunt. Similiter circumeunt cum thuribulo. Rediens ad locum suum, tenente Ceremoniario, vel Acolyto librum, alta voce dicat

y. Et

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatióem ?

℞. Sed libera nos à malo.

Ÿ. A' porta inferi ?

℞. Erue Dómine ánimam ejus.

Ÿ. Requiéscat in pace? ℞. Amen.

Ÿ. Dómine exáudi oratióem meam ?

℞. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum ? ℞. Et cum spírítu tuo.

Oremus.

DEus, cui ómnia vivunt, & cui non pér-
eunt moriéndó córpora nostra, sed mu-
tántur in mélius, te súpplices deprecámur : *
ut súscipi júbeas ánimam fámuli tui *N.* per ma-
nus Sanctórum Angelórum deducéndam in si-
num amíci tui Abrahæ Patriárchæ, resuscitan-
dámque in novíssimo judícii magni die : * &
quidquid vitiórum, diábolo fallénte, contrá-
xit, tu pius, & miséricors ábluas indulgendo.
Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.


*Posteà tradant Acolythis cereos; & rediens
ad locum suum Diaconus, & omnes, sicut an-
teà, sedeant, dum cantatur sequens*

R E S P O N S O R I U M.


Q  **U**i Lá- za-rum re-
Mm 2 **suscitavit**



fuf- ci- tá- fti à mo- nu- mén-



to fœ- ti- dum, * Tu e- is




Dó- mine do- na ré-



qui- em, & lo- cum in- dul-



gén- ti- æ. ŷ. Qui ven- tú- rus




es ju- di- cá- re vi-




vos, & mór- tu- os & fæ- culum



cu- lum per i-




gnem. * Tu e- is. &c. y. Re- qui-




em æ- tér- nam do- na



e- is Dó- mi- ne, & lux per-



pé- tu- a lú- ce- at



e- - - is. * Tu e- is, &c.

Finito ultimo Kyrie eléison, secunda Dignitas, peractis omnibus ut supra, dicet: Pater noster & completis circulis cum byssopo, & thuribulo, rediens ad locum suum, dicet:

y. Et

- Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatióne[m] ?
 R. Sed líbera nos à malo.
 Ÿ. A' porta ínferi ?
 R. Erue Dómine ánimam ejus.
 Ÿ. Requiéscat in pace ? R. Amen.
 Ÿ. Dómine exáudi oratióne[m] meam ?
 R. Et clamor meus ad te véniat.
 Ÿ. Dóminus vobíscum ? R. Et cum spírítu tuo.

Oremus.

FAc, quæsumus Dómine, hanc cum servo tuo *N.* defúncto misericórdiam, ut factórum suórum in pænis non recípiat vicem, qui tuam in votis ténuít voluntátem : * ut sicut híc eum vera fides junxit fidélium turmis ; ita illic eum tua miserátio sóciet Angélicis choris. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Redeant Diaconus, & cæteri ad locum suum, sedeant &c. dum cantatur sequens Responsor.

R E S P O N S O R I U M.


D

 O- mi- ne, quando vé- ne-



 ris ju- di- cá- re ter- ram, u- bi
 me




me abf- cón- - dam à vul-




tu i- ræ tu- - æ.




* Qui-a pec-cá- vi ni- - mis in




vi- ta me- - a.



ÿ. Commís-fa me- a




pa- vés- co, & an- te te e- ru-



bés- co, dum vé- ne- ris ju- di- cá-


re,



re, no-li me con-de-



mná- re * Qui-a &c.




ŷ. Ré- qui- em æ-



tér- nam dona e- is Dó- mi- ne,



& lux perpé- tu- a lú- -



ce- at e- is.



* Qui-a pec- cá- vi, &c.

Fini-

Finito ultimo Kyrie eléison, tertia Dignitas, peractis omnibus ut supra, dicet: Pater noster., & completis circulis cum byssopo, & thuribulo, rediens ad locum suum, dicet:

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem?

℞. Sed libera nos à malo.

Ÿ. A' porta inferi?

℞. Erue Dómine ánimam ejus.

Ÿ. Requiéscat in pace? ℞. Amen.

Ÿ. Dómine exáudi oratiónem meam?

℞. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum?

℞. Et cum spírítu tuo.

Oremus.

INclína, Dómine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur: * ut ánimam fámuli tui *N.*, quam de hoc sæculo migráre jussisti, in pacis, ac lucis regione constitúas, & Sanctórum tuórum júbeas esse consórtem. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

Sedeant, dum cantatur sequens Respons.

R E S P O N S O R I U M.

N 


E re- cor- dé- ris

Nn


pec



pec-cá- ta me- a, Dó-




mi-ne, * Dum vé-



ne- ris ju- di- cá- re



fæ- - cu- lum



per i- - gnem.




ŷ. Dí- - ri- ge Dó- mi- ne




De- us meus in conspé- tu tu-


o vi-




o vi-am me-am.




* Dum. y. Ré- quiem æ-tér-




nam do-na e-is, Dó-mi-ne,



& lux per-pé-tu-a lú-ce-



at e-is.



* Dum. Kyrie eléison &c.

Finito ultimo Kyrie eléison, Quarta Dignitas, peractis omnibus ut supra, dicet: Pater noster. ; & completis circulis cum byssopo, & thuribulo, rediens ad locum suum, dicet:

Nn 2

y. Et

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatióem ?

℞. Sed libera nos à malo.

Ÿ. A' porta ínferi ?

℞. Erue Dómine ánimam ejus.

Ÿ. Requiéscat in pace ? ℞. Amen.

Ÿ. Dómine exáudi oratióem meam ?

℞. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum ?

℞. Et cum spírítu tuo.


Oremus.


Absólve, quæsumus Dómine, ánimam fá-
muli tui *N.*, ut defúnctus sæculo tibi vi-
vat : * & peccáta, quæ per fragilitátem car-
nis humana conversatióne commísit, tu véniã
misericordíssimæ pietátis abstérge. Per Chri-
stum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

Sedeant dum cantatur sequens Respons.

R E S P O N S O R I U M.

L  I- be- ra- me Dó- mi-

 ne de mor- te æ- tér-




na in di-e il-la tre-




mén- da : * Quando coe-




li mo- vén-di sunt &



ter- ra * Dum vé-



ne- ris ju- di- cá- re




fæ- cūm per i-




gnem. y. Di- es il- la, di- es

iræ



i- ræ ca-la-mi-tá-tis & mi-



fé-ri-æ, di-es magna, & a-




má-ra val- de. * Quando, &c.



ŷ. Tremens factus sum e-go, & tí-



me-o, dum dif-cú-ti-o vé-ne-



rit, at- que ven- tú- ra




i- ra. * Dùm véneris, &c.


ŷ. Ré-



Ÿ. Ré-qui-em æ- térnám do-na e- is,



Dó- mi-ne , & lux per- pé- tu- a



lú- ce- at e- is. R̄. Lí- be-ra.

Kyrie eléifon , &c.

*Finito ultimo Kyrie eléifon , Celebrans , per-
actis omnibus ut supra , dicet : Pater noster ,
& completis circulis cum byssopo , & thuribu-
lo , rediens ad suum locum , dicet :*

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem?

R̄. Sed líbera nos à malo.

Ÿ. A' porta ínferi ?

R̄. Erue Dómine ánimam ejus.

Ÿ. Requiéscat in pace ? R̄. Amen.

Ÿ. Dómine exáudi oratióem meam ?

R̄. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum ?

R̄. Et cum spírítu tuo.

Oremus.

Absolve, quæsumus Dómine, ánimam fá-
muli tui *N.* ab omni vínculo delictórum:*
ut in resurrectiónis glória inter Sanctos, &
Eléctos tuos resuscitátus respíret. Per Chri-
stum Dómium nostrum. *R.* Amen.

*Finita ista Oratione, Celebrans, manu tumu-
lum benedicens canet:*


ŷ. Réquiem ætérnam dona ei Dómine?

Chorus, R. Et lux perpétua lúceat ei.

Tunc Cantores dicent:



ŷ. Re-quiés- cat in pa- ce.



Chorus. R. A- men.

*Postea, si præsens est corpus, procedatur
ad Officium sepulturæ incipiendo: Chorus An-
gelórum, &c. Si autem non sit corpus, præce-
dente Cruce cum Ceroferariis, & cæteris mi-
nistris, redeant ad Sacristiam.*

STATIONES

In Anniversariis solemnibus Ordinis, & in die Commemorationis Omnium Fidelium defunctorum.

STATIO PRIMA.

F *It prima Statio in gradu Presbyterii per ordinem sequentem. Cantatur Respons. Meménto mei Deus, &c. pag. 230. eoque finito & Kyrie eléison. Celebrans canit dicens: Pater noster; & aspergens ter locum propè Aquá benedicta, omnibus incurvatis, præter Cruciferum, & Ceroferarios, ipsam orationem dicat sub silentio. Deinde erectus prosequatur cum cantu.*

Y. Et ne nos indúcas in tentationem;

Chorus. R. Sed libera nos à malo;

Tunc omnibus erectis cantat Chorus alternatim sequentem Psalm., incipientibus Cantoribus ex parte Invitatorii.

Psalmus 119.

A *D Dóminum cùm tribulárer, clamávi: & exaudivit me.**

Dómine libera ánimam meam à lábiis iniquis, & à lingua dolósa;

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi, ad linguam dolósam?

Sagittæ poténtis acútæ, ⁊ cum carbónibus
desolatóriis ⁊

Heu mihi, quia incolátus meus prolon-
gátus est: habitávi cum habitántibus Cedar: ⁊
multùm íncola fuit ánima mea ⁊

Cum his qui odérunt pacem, eram paci-
ficus: ⁊ cùm loquébar illis, impugnábant me
gratis ⁊

Réquiem ætérnam, ⁊ dona eis Dómine ⁊
Et lux perpétua, ⁊ lúceat eis ⁊.

Celebrans prosequitur.

Ÿ. A' porta ínferi ⁊

R. Erue Dómine &c.

Ÿ. Dóminus vobiscum ⁊

R. Et cum spírítu &c.

Orémus ⁊.

INclína Dómine aurem tuam ad preces no-
stras, ⁊ quibus misericórdiam tuam súpli-
ces deprecámur, * ut ánimas famulórum tuó-
rum, quas de hoc sæculo migráre iussisti, in
pacis ac lucis regióne constitúas & Sanctórum
tuórum júbeas esse confórtes ⁊

*Hic sine altera conclusione, & sine Orémus,
addid. sequent. Orat.*

QUæsumus Dómine, pro tua pietáte miseré-
re animábus famulárum tuárum; ⁊ & à con-
tágiis mortalitátis exútas, in ætérnæ sal-
vatiónis partem restítue. Per Christum Dómi-
num nostrum ⁊ R. Amen.

Præ.

Prædictæ Orationes dicuntur in Alcobatia pro Regibus, & Reginae ibi sepultis. At in Monasteriis, ubi fuerint solum Reges, dicetur Oratio: Inclina &c. vel in singulari, vel in plurali, attendendo numero corporum. Eodem modo ubi fuerint solum Reginae, dicetur Oratio: Quæsumus. Et ubi nec Regis, nec Reginae alicujus corpus fuerit, relictis supradictis Orationibus, dicentur ea ex infrascriptis pro qualitate Anniversarii.

In Anniversario mensis Maij 20. pro Regularibus Ordinis nostræ.

Orémus ⁊

OMnipotens sempitærne Deus, cui nunquam sine spe misericordiæ supplicátur, ⁊ propitiáre animábus famulórum, famularúmque tuárum: * ut qui de hac vita in tui nóminis confessióne discessérunt, ⁊ Sanctorum tuórum número fácias aggregári. Per Christum Dóminum nostrum ⁊ R. Amen.

In Anniversario mensis Septembris. 18.

Orémus ⁊

DEus, vénix largitor, & humánæ salútis amátor, ⁊ quæsumus cleméntiam tuam, * ut nostræ congregatiónis fratres, soróres, familiáres, & benefactóres, qui ex hoc sæculo transiérunt, Beáta María semper Vírgine inter-

Oo 2

cedén-

Cedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas ⁊

Hic nihil mediante additur sine Orémus, sequens Oratio.

PRæsta, Dómine, quæsumus, * ut animæ famulorum famularumque tuarum, quorum anniversarium depositionis diem commemoramus, ⁊ indulgentiam pariter & requiem capiant sempiternam. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

In Annivers. Commemoration. Omnium fidelium defunctorum 2. Novembris.

Orémus ⁊

Fidélum Deus omnium Cónditor & Redemptor, ⁊ animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: * ut indulgentiam, quam semper optaverunt, ⁊ piis supplicationibus consequantur. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum ⁊ R. Amen.

In secundo Anniversario Novemb. 14. pro parentibus, & fratribus.

Orémus ⁊

DEus, cui proprium est misereri semper, & parcere, ⁊ propitiare animabus famulorum famularumque tuarum, & omnia eorum peccata dimitte: * ut mortalitatis vinculis absolutæ, transire mereantur ad vitam. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

STA,

STATIO SECUNDA.

Fit in corpore Ecclesie.

R *Esp.* Líbera me Dómine de morte ætérna, &c. pag. 224. *Finito ultimo Kyrie eléison. Celebrans dicat: Pater noster ? Aspergat, &c. ut in prima Statione; & prosequatur: y. Et ne nos indúcas in tentatióem ? Ry. Sed líbera nos &c.*

Statim Cantores ex Choro Hebdomadarii inchoent, & Chorus prosequatur sequent. Psalm.

Psalmus 120.

L Evávi óculos meos in montes, & unde véniet auxiliú mihi.

Auxiliú meum à Dómino, & qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotióem pedem tuum: & neque dormítet qui custódit te.

Ecce non dormitábit, neque dórmiet, & qui custódit Israel.

Dóminus custódit te, Dóminus protéctio tua, & super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te: * neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo: & custódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat intróitum tuum, & éxitum tuum: & ex hoc nunc, & usque in sæculum.

Réquiem ætérnam, &c.

Cele-

Celebrans continuet.

Ÿ. A' porta inferi ⁊

℞. Erue Dómine &c.

Ÿ. Dóminus vobiscum ⁊

℞. Et cum &c.

Orémus ⁊

DEus, cujus miseratione animæ fidélium re-
quiescunt, ⁊ animabus famulorum famula-
rumque tuarum, omniúmque fidélium, híc, &
ubique in Christo quiescéntium, da propítius
véniam peccatorum: * ut à cunctis reátibus ab-
solúti, tecum sine fine læténtur. Per Christum
Dóminum nostrum ⁊ ℞. Amen.

STATIO TERTIA.

Fit in clauistro Monachorum.

R Esp. Libera me Dómine de viis, &c. p 232.
Quo finito, & Kyrie eléison., Celebrans
dicat: Pater noster ⁊ Aspergat ut supra &c. pro-
sequatur: Et ne nos indúcas in tentationem ⁊
Tunc Cantores ex Chor. Invit. incip. & Chorus
proseq. Psalm. De profúndis, &c. pag. 263. &
eo finito cum Réquiem ætérnam, &c. Celebrans
dicat.

Ÿ. A' porta inferi ⁊

℞. Erue Dómine &c.

Ÿ. Dóminus vobiscum ⁊

℞. Et cum &c.

Oré-

Orémus :

DEus, vénia largitor, & humanae salutis amator, ⁊ quæsumus clementiam tuam, * ut nostræ Congregationis fratres, sorores, familiares, & benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, ⁊ beata Maria semper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Christum Dóminum nostrum.
R. Amen.

STATIO QUARTA.


Fit in Claustro Conversorum.

R E S P O N S O R I U M.


N  E re- cor- dé- ris

 pec- cá- ta me- a Dó- - -


 mi- ne * Dum vé- - -
neris




ne-ris ju-di-cá-re




fæ-cu-lum



per i-gnem.




ŷ. Non in-tres in ju-



dí-ci-um cum servis tu-is,



Dó-mi-ne.



* Dum, &c. Kyrie eléifon. &c.

Quo

*Quo finito, Celebrans dicat: Pater noster ⁊
Aspergat &c. & prosequatur.*

Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem ⁊.

R. Sed libera nos &c.

*Statim Cantores ex Choro Hebdomadarii in-
choent, & Chorus prosequatur seq. Psalm.*

Psalmus 145.

LAuda ánima mea Dóminum, ⁊ laudábo Dó-
minum in vita mea: * psallam Deo meo
quándiu fúero ⁊

Nolíte confidere in princípibus: ⁊ in filiis
hóminum, in quibus non est salus ⁊

Exíbit spíritus ejus, & revertétur in terram
suam: ⁊ in illa die períbunt omnes cogitationes
eórum ⁊

Beátus, cujus Deus Jacob adjútor ejus, ⁊
spes ejus in Dómino Deo ipsius: * qui fecit cœ-
lum, & terram, mare, & ómnia, que in eis sunt.

Qui custódit veritátem in sæculum, ⁊ facit
judícium injúriam patiéntibus, * dat escam esu-
riéntibus ⁊

Dóminus solvit compeditos: ⁊ Dóminus
illúminat cæcos ⁊

Dóminus érigit elífos: ⁊ Dóminus diligit
justos ⁊

Dóminus custódit advenas, ⁊ pupíllum &
víduam suscípiet: * & vias peccatórum dispédet ⁊

Regnábit Dóminus in sæcula, Deus tuus
Sion, ⁊ in generatióem & generatióem ⁊

Réquiem ætérnam, &c.

Celebrans continuet.

Ÿ. A' porta inferi ⁊

℞. Erue Dómine &c.

Ÿ. Dóminus vobiscum ⁊.

℞. Et cum &c.

Orémus ⁊

PRæsta, Dómine, quæsumus, * ut animæ famulorum famularumque tuarum, quorum anniversarium depositionis diem commemoramus, indulgentiam pariter, & requiem capiant sempiternam. ⁊

Continuo.

Fidélum Deus ómnium Cónditor & Redemptor, ⁊ animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: * ut indulgentiam, quam semper optaverunt, ⁊ piis supplicationibus consequantur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spíritus sancti Deus. * Per ómnia sæcula sæculorum. ℞. Amen.

Ÿ. Dóminus vobiscum ⁊.

℞. Et cum &c.

Ÿ. Réquiem ætérnam dona eis Dómine.


Dicit manu benedicens sepulturas.

Chorus. ℞. Et lux perpétua &c.

Cantores dicant Ÿ. Requiescant in pace ⁊.

Conventus ℞. Amen.

Subse-

*Subsequuntur Añæ de B. Maria.*ANTI-
PHONA.**S**

An- eta Ma-rí-a,




fuc- cúr-re mí- fe-ris, ju-




va pu- fil-lá- ni-mes, ré- fo-



ve flé- - bi-les, o- ra pro-



pó- pu-lo, in-tér- ve- ni



pro Cle- ro, in-ter- cé- de pro

Pp 2

de-




de- vó- to fœ- mí- ne- o



fe- xu. e. u. o. u. a. e.

ANTI-
PHONA.


S




An-cta Dei Gé- ni- trix,



vir- go semper Ma- rí- a, in- tercé- de



pro no- bis ad Dómi- num De- um



no- strum. e. u. o. u. a. e.

Cantores. y. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix.

Chorus. y. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Cele-

Celebrans.

Orémus.

Concède nos famulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis, & corpóris sanitate gaudere: * & gloriósa Beátæ Mariæ semper Vírginis intercessióne à præfénti liberá-
ri tristitia, ⁊ & æténa pérfrui lætítia.

EXcita Dómine in Ecclésia tua spíritum, cui Beátus Benedíctus Abbas servívit: * ut eódem nos repléti studeámus amáre quod amá-
vit, ⁊ & ópere exercére quod dócuit.

Perfice, quæsumus Dómine, pium in nobis sanctæ religionis afféctum: * & ad obtinéndam tuæ grátia largitátem, ⁊ Beátus Bernárdus Abbas, & Doctór egrégíus suis apud te semper pro nobis méritis & précibus intercédát. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Hæ tres supradictæ Orationes concluduntur sub una conclusione Per Christum Dóminum nostrum.

IN ANNIVERSARIO
EPISCOPORUM, ABBATUM,
& Abbatissarum Ordinis nostri.
29. Januarii.

Fit unica tantum Statio in Capitulo. Ne recordéris &c. pag. 297. Orationes sequent.

Orémus ?

DEus, qui inter Apostólicos Sacerdotes famulos tuos Pontificáli, seu Sacerdotáli fecísti dignitate vigére: ? præsta, quæsumus; ut eórum quoque perpétuo aggregéntur consórtio.

Sequitur immediate sine Orémus.

QUæsumus Dómine, pro tua pietáte miserére animábus famulárum tuárum; * & à contágiis mortalitátis exútas, ? in æternæ saluationis partem restítue. * Per Dóminum nostrum &c.

Ÿ. Dóminus vobíscum ? &c.

℞. Et cum &c.

Ÿ. Réquiem æternam, dona eis Dómine &c.

Cantores. Ÿ. Requiéscant in pace.

Chorus. ℞. Amen.

IN ANNIVERSARIO
REGIS CARDINALIS HENRICI.

31. *Januarii.*

Fit Statio ante tumulum. R. Memento. p. 230.

Orémus.

DEus, qui inter Apostólicos Sacerdótes fá-
mulum tuum Henricum Episcopum Car-
dinálem, Regémque quondam nostrum, Ponti-
ficáli fecísti dignitáte vigére: ⁊ præsta quæsumus;
ut eórum quoque perpétuo aggregétur consór-
tio. Per Dóminum nostrum Jesum Christum fi-
lium tuum, qui tecum vivit &c. R. Amen.

ŷ. Dóminus vobíscum ⁊ &c.

ŷ: Réquiem ætérnam dona ei Dómine ⁊

Cant. ŷ. Requiéscat in pace ⁊ Chor. R. Amen.

IN ANNIVERSARIO
ALPHONSI REGIS, ET MAFALDÆ
Reginæ uxoris ejus.

5. *Decembris.*

Fit Statio ante tumulum. R. Memento. p. 230.

Orémus ⁊

PRæsta, Dómine, quæsumus, * ut ánimæ fá-
muli tui Alfónsi, & Mafáldæ uxóris ejus,
quon-

quondam Regum nostrorum, quorum anniversarium depositionis diem commemoramus, & indulgentiam pariter & requiem capiant sempiternam. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, & qui tecum &c.

Ÿ. Dominus vobiscum ?

℞. Et cum &c.

Ÿ. Requiem æternam dona eis Domine ?

℞. Et lux &c.

Cantores. Ÿ. Requiéscant in pace ? ℞. Amen.

STATIONES FERIALES.

Fit prima Statio in Claustro Monachorum.

R *Esp. Meménto, &c. pag. 230. Quo finito ;*
 & Kyrie eléison., *Celebrans dicat : Pater noster ? aspergit ter sepulturas, & prosequitur,*

Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem ?

℞. Sed libera nos &c.

Ÿ. A' porta inferi ?

℞. Erue Domine ánimas eórum ?

Ÿ. Dominus vobiscum ?

℞. Et cum spíritu tuo.

Oremus.

INclína, Dómine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súplices deprecámur: * ut ánimas famulórum tuórum, quas de hoc sæculo migráre iussisti, in pacis ac lucis regióne constituas & Sanctórum tuórum júbeas esse consórtes. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

STATIO SECUNDA.

Fit in Capitulo.

R *Esp. Ne recordéris, &c. pag. 297. Celebrans peractis omnibus ut supra, dicit Orationem sequentem.*

Oremus

DEus, cui próprium est miseréri semper, & párcere, propitiáre animábus famulórum tuórum, & ómnia eórum peccáta dimítte: * ut mortalitátis vínculis absolútæ, transire mereántur ad vitam. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

STATIO TERTIA.

Fit in Claustro Conversorum.

R *Esp.* Libera me Dómine de morte ætérna, &c. pag. 224. cum tribus versiculis Celebrans peractis omnibus ut supra, dicit sequentes orationes.

Oremus.

O Mnípotens sempitérne Deus, cui nunquam sine spe misericórdiæ supplicátur, propitiáre animábus famulórum tuórum: * ut qui de hac vita in tui nóminis confessióne discessérunt, Sanctórum tuórum numero fácias aggregári.

Immediatè prosequitur sine Orémus

F Idélium Deus ómnium Cónditor & Redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissionem cunctórum tribue peccatórum: * ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatióibus consequántur. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus sancti Deus. * Per ómnia sæcula sæculórum. *R.* Amen.

ŷ. Dóminus vobíscum?

R. Et cum spírítu tuo.

Bene-

Benedicens manu sepulturas dicit,

Ÿ. Réquiem ætérnam, dona eis Dómine.

℞. Et lux perpétua, lúceat eis.

Dicant Diaconus, & Subdiaconus.

Ÿ. Requiéscant in pace?

Chorus.

℞. Amen.

FINIS HUIUS OPERIS.



Erratas.


Pag. 4. majetátis
Pag. 46. lin. 6. meum
Pag. 205. lin. 18. *iterim*
Pag. 210. lin. penult. *Sacristia*
Pag. 211. lin. 10. *Sacristia*
Pag. 211. lin. 13. *ulla*

Emendas.

majestátis.
mecum
interim.
Sacrista.
Sacrista.
nulla.









PORCE
CISTER

M.I
216

